

BIBLIA
SACRA

TOM III

BS75
1760
V.3
C.1



1080046455

6 # 4 6 # 83

220




UNIVERSITY OF MICHIGAN
ANN ARBOR MI 48106



1760 1761

FONDO BIBLIOTECA PUBLICA
DEL ESTADO DE NUEVO LEON



110349

37603

LIBER PRIMUS ESDRÆ.

CAPUT PRIMUM.

Cyrus, completis 70. captivitatis Babylonice annis, divinitus inspiratus redditis vasis templi Salomonis 5400. captivitatem Israelitis relaxat, concedens templi reedificationem.

IN anno primo Cyri regis Perfarum, ut compleretur verbum Domini ex ore Jeremiæ, suscitavit Dominus spiritum Cyri regis Perfarum: & traduxit vocem in omni regno suo etiam per scripturam, dicens:

*2. Per.
36. 22.
Jerem 25.
12. 13. 29.
10.*

2 Hæc dicit Cyrus rex Perfarum: Omnia regna terræ dedit mihi Dominus Deus cæli, & ipse præcepit mihi, ut ædificarem ei domum in Jerusalem, quæ est in Judæa.

3 Quis est in vobis de universo populo ejus? Sit Deus illius cum ipso. Ascendat in Jerusalem, quæ est in Judæa, & ædificet domum Domini Dei Israel, ipse est Deus qui est in Jerusalem.

4 Et omnes reliqui in cunctis locis ubicumque habitant, adjuvent eum viri de loco suo, argento & auro, & substantia, & pecoribus, excepto quod voluntarie offerunt templo Dei, quod est in Jerusalem.

5 Et surrexerunt principes patrum de Juda, & Benjamin, & Sacerdotes, & Levitæ, & omnis cujus Deus suscitavit spiritum, ut ascenderent ad ædificandum templum Domini, quod erat in Jerusalem.

6 Universique qui erant in circuitu, adjuverunt manus eorum in vasis argenteis & aureis, in substantia & jumentis, in supellectili, exceptis his, quæ sponte obtulerant.

7 Rex quoque Cyrus protulit vasa templi Domini, quæ tulerat Nabuchodonosor de Jerusalem, & posuerat in templo Dei sui.

BS75
1760
V. 3

